10
11.

Acta in Castro Premisliensi feria secunda
post festum Nativitatis Gloriosissime Marie Virginis
Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo
septimo Coram eodem Vicecapitaneo, officio
et actis

Prohoiowski inscribit se Komiezly

Comparens personaliter coram officio Castrali Premisliensi
Generosus Hilarius Dzierzkowski a Rokiciny et Rakowa Zelechowski
Actor Dzierzkowski ex una, et Generosus Joannes Prohoiowski
Judex terre dicti Sandecensis Premisliensis Cohortalis ex altera
partibus, Idem Actor Dzierzkowski exhibuit quasdam literas
Regias Privilegiales Sigillo Majestatis Regie Poloniarum
Magni Ducatus Lithuanie, ac Regni Russie, Sigillatas, Datas
in Civitate Regia Cracovia, Anno Domini millesimo quingentesimo
septuagesimo quinto, Die vero Sancti Stanislai Episcopi et Martiris
Patroni Regni Poloniarum, Quarum Literarum Regiarum
Tenor de verbo ad verbum sequitur in hec verba.

Stephanus Dei Gratia Rex Poloniarum, Magnus Dux Lithuanie,
Russie, Prussie, Masovie, Samogitie, Livonieque, Dominus et
Heres, Universis et singulis Capitaneis, Vicecapitaneis, Officialibus,
Judicibus, Consulibus, Scultetis, Advocatis, Notariis, Juratis,
Civibus, Hospitibus, Ceterisque Omnibus Civitatum, Oppidorum,
Villarum, Possessionum, Bonorumque Nostrorum Regalium
Quorumcunque Locatenentibus, Tenutariis, Subditis et Fidelibus
Nostris Dilectis, Gratiam Nostram Regiam. Universis et singulis
Vobis harum serie significamus, quod Nos Literas Nostras
Regias Privilegiales Sigillo Majestatis Regie Poloniarum
Magni Ducatus Lithuanie, ac Regni Russie, Sigillatas, Datas
in Civitate Regia Cracovia, Anno Domini millesimo quingentesimo
septuagesimo quinto, Die vero Sancti Stanislai Episcopi et Martiris
Patroni Regni Poloniarum, Quarum Literarum Regiarum
Tenor de verbo ad verbum sequitur in hec verba.

Stephanus Dei Gratia Rex Poloniarum, Magnus Dux Lithuanie,
Russie, Prussie, Masovie, Samogitie, Livonieque, Dominus et
Heres, Universis et singulis Capitaneis, Vicecapitaneis, Officialibus,
Judicibus, Consulibus, Scultetis, Advocatis, Notariis, Juratis,
Civibus, Hospitibus, Ceterisque Omnibus Civitatum, Oppidorum,
Villarum, Possessionum, Bonorumque Nostrorum Regalium
Quorumcunque Locatenentibus, Tenutariis, Subditis et Fidelibus
Nostris Dilectis, Gratiam Nostram Regiam. Universis et singulis
Vobis harum serie significamus, quod Nos Literas Nostras
Regias Privilegiales Sigillo Majestatis Regie Poloniarum
Magni Ducatus Lithuanie, ac Regni Russie, Sigillatas, Datas
in Civitate Regia Cracovia, Anno Domini millesimo quingentesimo
septuagesimo quinto, Die vero Sancti Stanislai Episcopi et Martiris
Patroni Regni Poloniarum, Quarum Literarum Regiarum
Tenor de verbo ad verbum sequitur in hec verba.

Valawski tentim Placek

Comparens personaliter coram officio Castrali Premisliensi
Generosus Nobilis Stanislaus Valawski ex una, et Generosus
Nobilis Joannes Prohoiowski Judex terre Sandecensis
Premisliensis Cohortalis ex altera partibus

nisque suis omnibus ubiuis habitis et habendis quo ad infrascriptam subiectionem
et incorporandum sanus mente et corpore exstitit publice per expressam
recognoscit Quia Nobili Georgio Pthaczek et successoribus eius
summam Ducentorum septuaginta quinque florenorum pecunie monete Polonice
certi debiti tantum est quod debitum quam summam idem recognoscens se suc-
cessores suos super bonis suis omnibus habitis et habendis obligatum
solvere reponere in Castro Premisliensi pro festo sancti Joan-
nis Baptiste futuro, nec iterum reposita ex fide iubere aut quovis
modo per se et submissas personas arrestare Casu vero in quan-
tum predictam summam totaliter et plenarie pro supradicto tempore
solutioni assignato idem recognoscens non solverit neve reposue-
rit aut arrestaverit et ex fide iusserit Extunc vadium similis
summe Ducentorum septuaginta quinque florenorum pecunie ad solutionem
ipso facto et irrevocabiliter sine quovis strepitu iuris cedere de-
bet Quod vadium succumbendum nullo decreto officii accedendum sed vir-
tute presentis inscriptionis in summam Capitalem vertitur Qui ingentorum
Quinquaginta florenorum pecunie eadem die solutioni assignata commer-
tetur, Extendeturque simul iuncta in et super omnibus bonis dicti
recognoscentis Gratiis et obligatoriis habitis et habendis Inscribitque
se predictus recognoscens successores suos super bonis suis omnibus pre-
sentem inscriptionem ex Actis Publicis ad acta terrestria Premisliensia
ante decursum unius Anni transferre et transportare similemque
vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere, Et circa trans-
portationem inscriptionis presentis Nobilem Agnetem de Rudolowo
Consortem suam cum duobus Amicis ipsius de linea prima proxi-
moribus ad eadem Acta terrestria Premisliensia ad consentiendum super
inscriptionem presentem de omni iure ipsius reformatorio Qualitati-
cio et alio quovis ipsam in bonis suis quomodolibet concer-
nendum adducere sub vadio similis summe originali corres-
pondentem Ducentorum septuaginta quinque florenorum pecunie
monete Polonice Pro qua summa simul iuncta ac vadio succubitur
et succumbendum si se dictus recognoscens cum successoribus suis

eidem Creditori vel posteriori eius ad Iudicium sive officium presentem
Castri Premisliensis citare permiserit Extunc recedendum a terris di-
strictibus iuribusque suis quibusvis propriis foroque competentem Coram
eodem Iudicio aut officio Cui se ad quod sequitur citatur Actus pre-
sentis respectu cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad respon-
dendum subiicit in primo Citationis termino stare parere rudere ac
pro eo pro quo citatus fuerit re ipsa satisfacere tenebitur et
successores tenebuntur Nullum terminum occasione premissorum Ve-
ra vel simplici infirmitatibus Actione pro maiori Bello
expeditione bellica incursu hostium Aura pestifera Conno-
catione generali vel particulari statutisque et constitutionibus qui-
busvis novis vel veteribus laudatis et laudandis, Litis et dictis
mentis regie, absentia a regno ac legalibus quibusvis impe-
dimentis differendum et excipiendum Interregno Minorennitate
successoris, Se non tutandum Ad emittendum, quietationem se presenti inscri-
ptione, Ac Munimenta quevis dilationem non petendum, Poena tertium Mar-
carum et tertii poena vadium et vadia non evadendum, Exceptionibus
Controversiis prescriptionibus suspensionibus evasionibus Motionibus Ap-
pellationibus earumque prosequutionibus Ac generaliter universis dilationibus
de iure et consuetudine dari solitis iuris denique et facti omnibus
remediis se cum successoribus suis abrenunciandum, sue suorumque
successorum sub amissione totius cause Nulla prescriptione
terrestri in premissis obstante Quod Memoriali firmatum est.

Fredro tentr. Michaeli

Comparens personaliter coram officio et Actis Publicis Castri Pre-
misliensis Generosus Valentinus Fredro de Plessowice Pocilator ter-
re Premisliensis mente et corpore sanus exstitit A terris districtibus
iuribusque suis quibusvis propriis ac foro terrestri suo competentem rece-
dendum, Aliud vero iuri et Iurisdictioni Castri Premisliensis secum successori-
bus bonisque suis omnibus quo ad hunc Actum incorporandum publice
recognovit Quia Generoso Michaeli
et successoribus eius summam Centum florenorum pecunie monete Polonice